**Primo** In I. Comitatu Alb. Possessione Koslár; hic enim modo recenter 19<sup>dum</sup> familiae S. Unionem reasumserunt, qvi numerus medietatem ferme ejatum Incolarum constituit, de qvo Authentica medio duorum Officialium e Tabula Continua eatenus exmissarum his praeteritis diebus facta conscriptio testimonium perhibet.

**Secundo** In Possessione Gáltó Eidem I. Comitatu Alb. ingremiata, hic enim occasione praemissae conscriptionis novem familiae Unitae repertae sunt, postea vero qvatuor conversae, qvarum numerus additis etiam tribus ex Sz. Imbre Unitis excedit qvartam partem Gáltóensium quod autem addi, et simul considerari debeant utriusque praefati loci Incolae, ratio est, qvia tam in Gáltó, qvam Szent-Imbre sibi vicinissimis pagis Ecclesias tenent non Uniti, sicque aequius, Regiisque Ordinationibus conformius est, ut non Uniti Gáltóenses Ecclesiam Sz. Imbrensem (qvoad conversi fuerint) frequentent, qvam ut uniti simpliciter Ecclesia careant.

**Tertio** In Possessione Also Gálda I. Comitatus Alb. potior pars se ad unionem redire velle coram Popa Georgie fidelissimo nostro Unito declaraverat, dum modo Ecclesia Unitis restituatur, qvos dein Comes Ludovicus Kemény a pia hac intentione avocavit. Si proinde Comes serio admoneretur Ecclesia vero restitueretur, totus pagus converteretur; nam et de facto decem familiae per tot tribulationes ut ut /1v/ Ecclesia destitutae S. Unionem profitentur. Secus et illos, qvos de facto habemus, periculum est ne amittamus, et insuper praementionatus Comes fundum qvoqve Ecclesiasticum occupet.

**Qvarto** In Possessione Buzás Bocsárd totius fato I. Comitatu Alb. adjacente; hic tertia pars in Sacra Unione constanter perseverat, usque in hodiernum, adeoque Regia Ordinatio his ex abundantia suffragans accedit, qvod ejates non Uniti Incolae Excelsae Aulicae Commissionis ordinationem de erigendo pro Unitis alio Templo, ac In. etiam C. Tabulae eatenus duplex mandatum adimplere minime curant; proinde vel in poenam contumaciae vetus Ecclesia ipsis adimi, et Unitis restitui merito posset.

**Qvinto** In Possessione Ajton I. Comitatus Kolos restituenda venit Ecclesia ex his rationibus 1<sup>mo</sup> quod numerus Unitorum tempore dismembrationis qvemadmodum et in modo praemisso Buzás Bocsárd valde exiguus lapsu temporis Dei gratia ad 21<sup>mum</sup> hospites, animas vero 103<sup>ties</sup> Anno 1766 M. Januarý accrevisse reperens sit, de qvo D. Dominorum Emerici Borsos V. Judicialium, et Samuelis Bihári Assessoris extat attestatum. 2<sup>do</sup> Ex. Aul. Commissio ejus templum cesserat non Unitis sub conditione, ut

illi pro Unitis aliud extruerent. Quia vero 3<sup>io</sup> nec Ex. Aul. Commissionis ordinationi, nec subsequis dein Regii Gubernii, ac etiam In. C. Tabulae eatenus datis mandatis paruerunt tandem 4<sup>io</sup> I. C. Tabula iisdem non Unitis certum terminum praefixit, intra quem nisi Ecclesiam pro Unitis erigerent, vetus templum in poenam inobedientiae amittunt, /2r/ jam autem. Cum et terminus praeterlapsus sit, nec Ecclesia ulla pro Unitis Extracta, modo vero, 5<sup>io</sup> non Uniti malunt, ut vetus Ecclesia restituatur Unitis, et omnes illum frequentent, quam novam exstruant; in quo coram I. C. Tabula se declararunt, Incluta autem Tabula Ex. Re. Gubernio hanc declarationem submitit. 6<sup>io</sup> periculum est, ne per diuturnas sollicitationes, et nullus effectus consecutiones tandem Uniti spem consequendi Ecclesiam amittentus (quod in plurimis locis accidit) cum non Unitis Ecclesiam frequentare incipiant. Denique solum istum sufficit, quod Unitae familiae quartam partem Incolarum non modo constituent, sed plane superent.

**Sexto** In Possessione Topa Sz. Király I. Comitatus Kolos ad recuperandam Ecclesiam sola recens Majestatis Sacratissimae Benigna Resolutio sufficiens est, siquidem Authenticum de eo exstat documentum, quod Unitae familiae tertiam ferme partem constituent.

**Septimo** In Possessione Szind I. Comitatus Torda Anno proxime praeterlapso medietas Incolarum Unionem professi sunt, et quia nondum Ecclesiam recipere valent, aliqui eorum cum non Unitis communicare caepisse audiuntur; cum proinde solus Ecclesiae defectus ansam relapsus Unitis praebuerit, restituantur Ecclesia, ut redintegretur unio.

**Octavo** In Possessione Mézskő Sedis Siculicalis Aranyos quarta pars unitorum sine Ecclesia non absque periculo relapsus conspicitur.

**c) /1r/ Copia Attestati Infrascriptorum Titt. D. Dominorum Attestatio**

Qvoad Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis Universarum in Transylvania Ecclesiarum Graeci Ritus Unitarum sub hodierno nostri in praesentiam convocatis Universis Incolis Possessionis Csongva tam Unitis, quam non Unitis, eisdem praedicavit Sacrosanctam Unionem non esse respuendam, verum omnibus ab eadem deviatas amplectendam, his auditis fere tertia pars Incolarum fidem, S. Unionem amplectens complexa est, non solum, sed etiam Parochus non Unitus hic existens nullo verbo contradixit, sed sponte templum (templi clavem resignans) assignavit; idque cum reliquorum quoque optima conversionis spe, super cujus rei veritate fidem facimus. Sig. Csongva 17. M. January 1768.

Gabriel Fogarasi I. Comitatus Alb.

Transylvaniae alt. jud. V. Judicialium manu propria

et Simeon Melinczki  
Persona Nobilis manu propria

d) *Carte de mărturie dată în fața autorităților comitatului Cluj, la 22 decembrie 1767, prin care 35 de proprietari din Topa Sâncrai acceptă unirea și solicită restituirea bisericii aflată în posesia neuniților, dat fiind că, împreună cu cei 60 de proprietari uniți încă din 1754, ei constituiau majoritatea locuitorilor* \*.

/1r/ Mi olább subscribált személljek adgyuk emlekezetire mindeneknek okiknek illik mostaniaknak, és jövendő bélieknek, aztott Hogj Ezen Folljo 1767<sup>ik</sup> Esztendőben Karácson Havának 22<sup>ik</sup> Napján Midőn vólnánk Nemes Kolos vármegye felső Járásában Topa Szt. Királjon az otton lévő Greci Ritus Unita Ecclesia becsületes Papja Popa Demeter eő kegyelme Parochialis Funduson lévő lako Házánál az Halottis jelenének meg mi előttünk, ide alább majdon név szerént specificálándo Topa Szt. Királlyi jó helytartó Gazda emberek kikis nekünk igaz lelkek ismérétevel senkitől erre nem consultatván mastol, hanem a Szt. Lelek Istennek malastya által meg vilagosítatván, 1<sup>mo</sup> uno ore Fateálak, hogj banyák még aztott is, hogj addig az Schismatica Vallásban meg maradtanak azért annak most ellene mondanak és egjedül ragazkodnak az Graeci Ritus Unita hűthöz, abban akornak meg maradni s mikor Istennek teczik abban megis holni regi elejék példájára amaz[z]al telljességgel le mondván tovább követni nem kívánnak tsak 2<sup>do</sup> Azon esedeznek eő Felsége, és a Meltóságos Királlyi Gubernium előtt, hogj a Templom eő nekiek mint, hogj eővek vólt ujra visza adattassik, ne kellessek az nem unitusoktól ha a Templom kegyessen nekiek visza nem adatik sok octót semvedni ugjis arrolis bizonyosson Tesztificálunk hogj tzak a Templom visza adattassék az Unitusoknak, nem marad 2. 3. gazda ember aki meg maradgjon az Schismában sokan maris aról előttünk bizonjságot tévén hogj mingjárást eőkis fogják az Uniot amplectálni; 3<sup>io</sup> alázatossan Instálnak ez okbolis az Templom iránt mivel világosson ki teczik Testimoniumából in Anno 1754<sup>ikben</sup> exmittált Comisarius Uroknak hogj Topa Szt. Királljon 60 Gazda emberszám vagjon, és igj a mostani itten specificalandoknak száma haszonfelét azoknak felljül halodgja azo(l)ta pedig két három Hurubás embernél többel a falu nem szaporodott; A mostan előttünk Uniorol valasztévőknek minek pedig a szerént következik. Ugj mint

/1v/ Kendrán Ignát hütös Falusi Biro

Páncsira Ursz  
Panczira Dumitru  
Nemes Praekup  
Petrán Mákovej  
Podár Von  
Parászka Gligor  
Rusz Petre  
Kozma Von  
Csorka Ieremia  
Abrudan Nyikula  
Turcza Opre  
Panczira Vonul  
Porván Atyim

Páska Toma  
Morosán Lupe  
Morosán Jonucz  
Iván Toma  
Porván Dumitru  
Kozár Szimion  
Eszküllan Vaszilie  
Kozár Alexa  
Kozár Dumitru  
Kozár Jonucz  
Rusz Ignat  
Rusz Kira  
Slujérás Ignát  
Kendrán Von

\* Mulțumim d-rei arhivist Csala Rita pentru ajutorul acordat în verificarea transcrierii și alcătuirea registului acestui document.

Mor[o]sán Neggra	Pászka Stephán
Szabo Von	Petrán Makavéj
Morosan Lupucz	Ivan Toma
	Kozma Kosztin
Summa 17	Universum 35

Mellj eszerént specificált szemelljek hogj modo praescripto fateáltanak, és lóttének legyen bizonyságos arról adgjak mikis ezen Testimonialisunkot fide bona usualis pecsetünk, és tulajdon kezünk irásával is roboralvan. Datum in Possessione Topa Szt. Királlj Anno Die ut supra.

Correcta per eosdem  
 Kezdi Csomortáni Almási János manu propria  
 Nemes Kolos vármegjenek ordinarius szolgálja Birája  
 és Felsőges Aszszonyunk Berendi postális szolgáló  
 Posta Mester [L. S.]

És Ujhellji Sámuel  
 Nemes Kolos vármegjenek edjik  
 Tekintetes Assessora manu propria

#### IV

a) /1r/ Recta fide, et pura conscientia refero sequentia, quae occasione Visitationis expertus sum.

**Primo** Populus audito sermone de S. Unionis continentia, et Augustae desiderio, quo populi conversionem vehementer anhelat, ferme ubique locorum respondet: quod illis doctrina haec placeat, verum siquidem Augusta Aula alium Episcopum ipsis concedere dignata sit, atque liberum unicuique relinquere, quo ab Unione recedere possit, sperentque eundem Episcopum post Pascha reversurum\*, interea in eo, quod caeperunt, persistere velint. Quod si autem Ipsa Augusta Aula unicum duntaxat Episcopum utut Unitum in Principatu habere voluerit, et statuerit, illi quoque cum reliquis cunctis eidem Episcopo se subjicient.

**Secundo** Popae non Uniti coram populo interrogati, quid in Unione mali cognoscerent, nobis quidem praesentibus reponunt: nihil omnino, quin imo nos ipsi (inquiunt) hanc credimus, verum, siquidem Augusta Aula duos ordinavit Episcopos, et separari nos invicem fuit, Eadem Aula rursus componere dignetur populum, et ad priorem statum reducere, nam nostras vires istud exerdit, caeterum si homines his salutaribus sermonibus obtemperaverint, et Unionem amplexi fuerint, nos quoque cum ipsis redibimus. Verum tamen iidem Popae (quod ex nostris fidelibus habemus)

---

\* Noul episcop ortodox, Sofronie Chirilovici, a fost numit de Maria Tereza abia la 12 ianuarie 1770. Păcurariu 1994, p. 491. Vezi și supra, nota anterioară în această chestiune.

metuentes ne conversis hominibus amittant stipendia, eosdem clam instigant ad perseverandum interea in suo esse. Qvibus tamen non obstantibus.

**Tertio** In Possessione Koslár e quadraginta familiis consistente Inc. Comitatus Albensi ingremiata novem decim familiae ad S. Unionem conversae sunt cum spe reliquorum etiam reducendorum, dummodo Ecclesia Unitis consignetur.

**Quarto** In Possessione Csongva ejusdem Comitatus tertia ferme pars venit ad Unionem, et cum jam Ecclesia facili negotio (prout annexum docet\*) recuperata sit, ipse etiam sacerdos non Unitus cum reliquis suis rediturus speratur.

**Quinto** in Possessione Gyires Comitatus Kolos dimisso non Unitis Sacerdote cuncti Unionem amplexi sunt, et Ecclesiam per Dominum terrestrem Comitem Stephanum Mikes sibi restitui curarunt.

**Sexto** In Pago Topa Szent Király in I. Comitatu Kolos ferme tertiam partem ad Unionem Sacram rediisse advolutum hic attestatum docet, quod in Originali Paternitati Vestrae mitto\*\*, sed curae committo ne amittatur. Caeterum solo hoc attestato viso sua Excellentia absque Gubernio Ecclesiam hanc Topa Szent Kiralyiensem prout in Apahida restitui demandare posset.

**Septimo** In Felső Gáldea Suae Excellentiae Episcopi Pago duo obstant, quo minus non Uniti convertantur: 1<sup>mum</sup> est quoddam horreum /Iv/ viduae cujusdam Balogianae non Unitae foeminae, quod Templo loco contra iteratum Domini Plenipotentiarum Santa (prout mihi relatum est) mandatum adhucdum frequentant. 2<sup>dum</sup> Sunt pauci Coriphaei nimirum: Balas Szimion, Balás Mecsinik, Balás Kirilla, Pavel Nutz, Mercsinyán Mány, et Krisán Gavriła Iudex Dominalis. Hic siquidem Spanus Dominalis residet, facillime foret remedium, ut nempe Sua Excellentia Episcopus horreum illud simpliciter prohiberet, Iudicem Dominalem si non vult Ecclesiam Unitam frequentare, deponeret, reliquos autem Coriphaeos Spani curae comitteret, imo non tantum in praefato Pago, sed in toto suo Dominio specialem Sua Excellentia Unionis propagandae curam, Spanis et Iudicibus Unitis demandaret, non Unitos vero Iudices deponeret, reliquos Coriphaeos medio Officialium Dominij compesceret, et refraenaret, quo pacto totum Dominium a Schismate sanaretur.

**Octavo** In Egen Suae Excellentiae Oppido Unionem impediunt sequentes Coriphaei, et quidem primus, et maximus Peren Petru Suae Excellentiae Inquilinus, Borza Krecsun Ejusdem Inquilinus, Fenyisán Mány Suae Excellentiae Inquilinus, Szima Iuon Ejusdem Inquilinus, Csonka Petru Domini Prentits subditus, quem pariter Dominus Prentits coercere, et bonis modis reducere facilius, ac nos posset, reliquos vero sua Excellentia per loci ejusdem Iudicem Unitum nomine Adamum disponere, maxime cum omnes Inquilini sint, his conversis totum Oppidum sensim Unionem amplexurum speratur.

**Nono** In Possessione Also Gáldea Comes Ludovicus Kemény Calvinista omnibus viribus ejates fideles nostros opprimere conatur maxime vero fidelissimum quemdam Papp Gyeorgyie in doctrina S. Unionis fundatissimum, et fortissimum, qui tempore tumultuationis Sophronianae Martyrum instar extrema quaeque a Sophronio, ejusque asseclis pro fidei veritate sustulit, cui et vineam praefatus Comes via facti ademit, et jam

---

\* Vezi anexa III c.

\*\* Vezi anexa III d.

fundos quoque Ecclesiasticos occupare allaborat. Hic non modo quarta, sed potior pars se ad Unionem redire velle coram praenominato fideli nostro Georgio non ita pridem declaraverat, dum modo Ecclesia Unitis restituatur, quos dein Comes iste A catholicus a pia hac intentione avocavit. Si proinde Comes serio admoneretur, ecclesia vero restitueretur, totus Pagus converteretur; nam et de facto decem familiae per tot tribulationes utut Ecclesia destitutae Unionem Sacram profitentur.

**/2r/** Denique si in universum Dominorum A catholicorum malevoli conatus Regia Autoritate infringerentur, si Clero, Populoque dis Unito nullus amplius Episcopus concederetur, verum cuncti in Spiritualibus a Iurisdictione Episcopi Uniti dependere juberentur, ex iis, quae Paternitati Vestrae Admodum Reverendae perscripseram fundamentis, ut sic nulla amplius de aquirendo Episcopo dis Unito spes remaneat non Unitis, nobis vero Deo auxiliante Unionem annunciantibus optima in Domino spes est, ut ad priorem statum S. Unio reducat.

**b) /1r/** Recta fide, et pura conscientia refero sequentia, quae occasione Visitationis expertus sum.

Aaron. Anno 1769

**Primo** Populus audito sermone de S. Unionis continentia et Augustae desiderio, quo populi conversionem vehementer anhelat, ferme ubique locorum respondet: quod illis doctrina haec placeat, verum siquidem Augusta Aula alium Episcopum ipsis concedere dignata sit, atque liberum unicuique relinquere, quo ab Unione recedere possit, sperentque eundem Episcopum post Pascha reversurum, interea in eo, quod caeperunt, persistere velint. Quod si autem Ipsa Augusta Aula unicum duntaxat Episcopum utut Unitum in Principatu habere voluerit, et statuerit, illi quoque cum reliquis cunctis Eidem Episcopo se subjicient.

**Secundo** Popae non Uniti coram populo interrogati quid in Unione mali cognoscerent, nobis quidem praesentibus reponunt: nihil omnino quin imo nos ipsi (inquiunt) hanc credimus verum siquidem Augusta Aula duos ordinavit Episcopos, et separari nos invicem fecit, Eadem Aula rursus componere dignetur populum, et ad priorem statum reducere, nam nostras vires istud excedit, caeterum si homines his salutaribus sermonibus obtemperaverint, et Unionem amplexi fuerint, nos quoque cum ipsis redibimus. Verum tamen iidem Popae (quod ex nostris fidelibus habemus) metuentes ne conversis hominibus amittant stipendia, eosdem clam instigant ad perseverandum interea in suo esse. Qvibus tamen non obstantibus.

**Tertio** In Possessione Koslár e quadraginta familiis consistente I. Comitatus Albensi ingremiata novem decim familiae ad S. Unionem conversae sunt cum spe reliquorum etiam reducendorum, dummodo Ecclesia Unitis consignetur.

**Quarto** In Possessione Csongva ejusdem Comitatus tertia ferme pars venit ad Unionem, et cum jam Ecclesia facili negotio (prout annexum docet\*) recuperata sit, ipse etiam sacerdos non Unitus cum reliquis suis rediturus speratur.

---

\* Vezi anexa III c.

**Quinto** In Possessione Gyires Comitatus Kolos dimisso non Unito Sacerdote cuncti Unionem amplexi sunt, et Ecclesiam per Dominum terrestrem Comitem Stephanum Mikes sibi restitui curarunt.

**Sexto** In Pago Topa Szent Király in I. Comitatu Kolos ferme /1v/ tertiam partem ad Unionem Sacram rediisse authentico attestato docetur, quod in Originali Admodum Reverendo Patri Delpini Cibinium missum est\*.

**Septimo** In Felső Gáldea Vestrae Excellentiae Pago duo obstant, quo minus non Uniti convertantur: 1<sup>um</sup> est quoddam horem Viduae cujusdam Balogianae non Unitae foeminae, quod Templi loco contra iteratum pie defuncti Domini Plenipotentiarum Santa (prout mihi relatum est) mandatum adhucdum frequentatur. 2<sup>um</sup> Sunt pauci Coriphaei nimirum: Balas Szimion, Balas Mecsinik, Balás Kirilla, Pavel Nutz, Mercsinyan Mány, et Krisán Gavriila Iudex Dominalis. Hic siquidem Spanus Dominalis residet facillimum foret remedium, ut nempe Vestra Excellentia horreum illud simpliciter prohiberi, Iudicem Dominalem si non vult Ecclesiam Unitam frequentare, deponi reliquos autem Coriphaeos Spani curae committi facere dignetur.

**Octavo** In Egen Vestrae Excellentiae Oppido Unionem impediunt sequentes Coriphaei, et quidem primus, et maximus Peren Petru, Borza Krecsun, Fenyisán Mány, Szima Iuon omnes Excellentiae Vestrae inquilini, Csonka Petru, Domini Prentits subditus, quem pariter Dominus Prentits coercere et bonis modis reducere facilius ac nos posset, reliquos vero Vestra Excellentia per loci ejusdem Iudicem Unitum nomine Adamum disponere, maxime cum omnes inquilini sint; his conversis totum Oppidum sensim Unionem amplexurum speratur.

**Nono** In Possessione Also Gáldea Comes Ludovicus Kemény Calvinista omnibus viribus ejates fideles nostros opprimere conatur maxime vero fidelissimum quemdam Papp Gyeorgyie in doctrina S. Unionis fundatissimum, et fortissimum, qui tempore tumultuationis Sophronianae Martyrum instar extrema quaeque a Sophronis, ejusque asseclis pro fidei veritate sustulit, cui et vineam praefatus Comes via facti ademit et jam fundos quoque Ecclesiasticos occupare allaborat. Hic non modo quarta, sed potior pars se ad Unionem redire velle coram praenominato fidei nostro Georgio non ita pridem declaraverat, dummodo Ecclesia Unitis restitueretur, quos dein Comes iste Aatholicus a pia hac intentione avocavit. Si proinde Comes serio admoneretur /2r/ Ecclesia vero restitueretur, totus Pagus converteretur; nam et de facto decem familiae per tot tribulationes ut Ecclesia destitutae Unionem Sacram profiterentur.

Denique si in universum Dominorum Aatholicorum malevoli conatus Regia Autoritate infringerentur, si Clero Populoque dis Unito nullus amplius Episcopus concederetur, verum cuncti in Spiritualibus a Iurisdictione Episcopi Uniti dependere juberentur, ex his rationibus: 1<sup>mo</sup> quia ipsorum Sacerdotes sunt rudissimi, unde sequuntur quaeque absurda; 2<sup>do</sup> res non caret exemplo, nam in Strigoniensi Archi Diaecesi Lutherani, et Calvinistae, Viennae vero non Uniti dependent a Catholicorum Iurisdictione, et hic etiam antea non Uniti ab Unitis Episcopis Athanasio, Patakio et Eorum successoribus dependebant in Spiritualibus. 3<sup>tio</sup> occasio daretur plurimos convertendi, contentiones vero, vexae atque calumniae tali ratione Unitos inter, et non Unitos sensim cessarent.

---

\* Vezi anexa III d.

His accedunt certi impostores, et seductores, qui disturbii Sophroniani tempore discipuli erant Sophronii, et ejus socii, hi quanto S. Unioni impedimento sint, ipsa ratio et experientia unicuique dictat, et quidem

1<sup>mus</sup> Proto-Popa Szimion Sztojka Albae Carolinensis, qui (prout praemisum) Sophronii Discipulus fuerat, modo vero universum Comitatum Albensem in Schismate confirmat, et seducit; hic enim ubi observasset Missiones Unitorum per pagos futuras, jam per se, jam per suos Coriphaeos praevis ubique clam admonnit populum (quod eo Secretarius Episcopi Dionysii Archi Diaconis suis commisisse auditur) ne Unitis Missionariis ceu Seductoribus crederet. Idem Proto-Popa certos Praesbyteros hac praeterita aestate in Valachia Ordinatos ad functionem Ecclesiasticam facultavit, et quidem sequentes: Szula Gavriile in Possessione Mogos, Popa Irimie in Remete, Popa Gavriile, et Zsinár Irimie in Ponor, Popa Vaszilie in Lupsa.

2<sup>us</sup> Quidam Monachus Manassie dictus in eodem Albensi Comitatu Possessione Czelná qua non Unitorum Parochus commorans seductor, et Calumniator maximus a pie defuncto Episcopo Aaron quidem ordinatus, postea vero Sophronium secutus apostatavit, et abhinc continuas adversus S. Unionem, et Romanum Pontificem calumnias spargit in Populo. Inter caetera nuper Carolinae existens publice aggressus est Lipoviensem /2v/ Parochum Unitis fidelibus: quod Uniti cum Papa suo Romano fidefrago populum a fide Orthodoxa seducere allaborent.

3<sup>us</sup> Proto-Popa Irimie Thordensis. 4<sup>us</sup> Proto-Popa Kosztán e Possessione Decse I. Comitatus Thordensis. De quibus duobus ut specialia Excellentiae Vestrae referre possim ex partium illarum visitatione, Eidem brevi referam.

5<sup>us</sup> Fulye Iuon Didascalus, seu Ludi Magister non Unitorum Carolinae hic Apostata potius, quam non Unitus dici meretur, utpote, qui Balasfalvae et studuit, et alimenta vitae e misericordia pie defuncti Episcopi Aaron cum fidelibus participavit, modo vero seposita veritatis doctrina Juventutem sua adversus S. Unionem doctrina misere deperdit, perversisque praejudiciis imbuit, quo et Unitorum quoque filios allicit, et pervertit: Scholas has sua autoritate erigere, et publice tradere audet cum maximo S. Unionis praejudicio: hic una cum suis Scholis Carolina eliminandus esset.

Perinde enim est, imo amplius nocivum, praemissos Coriphaeos, aliosque his similes Photianum semen libere spargere, quam si ipsa Photii aut Sophronii praesentia adesset.

Si non Unitis Albae Carolinensibus fundum pro Ecclesia sollicitantibus spes istud impetrandi non dabitur (amissa enim hac spe se ad Unionem redituros ipsimet modo appromittunt) sed potius ad unitorum Ecclesias ejates frequentandas minabuntur; duo vero horrea, quae Ecclesiarum loco frequentant prohiberentur, Protopopa Simeon et Fulye Ludi-Magister cum Scholis inde eliminabuntur, paulo post exiguos, aut fors nullos non Unitos, Carolinae conspiciemus. Si autem casu qvo (quod ut impediatur, per omnia Sacra Vestrae Excellentiae supplicamus) fundum saltem impetrarent; istud plus profecto nocebit Unioni, quam si omnibus circumjacentibus pagis eadem facultas e favor indulgeretur, siquidem huic rei omnimodo attendunt, et si in ipsis etiam Civitatibus vel minimum erga se favorem experientur, amplius in Schisma confirmabunt populus enim sequitur partem fortiorem.

**Abrevieri bibliografice**

- Bunta 1978 - Magdalena Bunta, „Cronica habană de la Cluj”, în *Acta MN*, XV, 1978, p. 315-330.
- Fabritius 1873 - Karl Fabritius, „Namen und Verwendung der Jesuiten, welche von 1730-1773 in den siebenbürgischen Ordenshäusern wirkten”, în *AVSL*, n. f., XI, 1873, p. 167-252.
- Iorga 1902 - Nicolae Iorga, *Sate și preoți din Ardeal*, București, 1902.
- Kutschera 1943 - Rolf Kutschera, *Guvernatorii Transilvaniei 1691-1774*, Sibiu, 1943.
- Lukacs 1987 - Ladislau Lukacs S. J., *Catalogus generali seu Nomenclator biographicus personarum Provinciae Austriae Societatis Jesu (1551-1773)*, Roma, 1987.
- Nilles 1885 - Nicolaus Nilles, *Symbolae ad illustrandam historiam Ecclesiae Orientalis in terris coronae S. Stephani*, II, Oeniponte, 1885.
- Păcurariu 1994 - Mircea Păcurariu, *Istoria Bisericii Ortodoxe Române*, vol. II, ediția a II-a, București, 1994.
- Pâclișanu 1991-1993 - Zenovie Pâclișanu, *Istoria Bisericii Române Unite*, partea a II-a, 1752-1783, în *Perspective*, XIV-XVI, nr. 53-60, iulie 1991-iunie 1993.